Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

phariseos: et
dixerunt e-
is que fecit
fecit ihs.

ad monumentum in
quo lazarus dormi-
erat. et non tamquam
mortuum. sed tam-
quam sanum. tamquam
vivum. tamquam au-
dire paratum de se-
pulchro patris suo
cavit. Unde sequitur. Hec cum dixisset voce mag-
na. lazare veni foras. Ideo dicit nomen: ne
omnes mortui cogerentur exire. Criso. Non ait
dixit. Surge tu. sed veni foras. ut viven-
ti loquens ei qui mortuus fuiat. propter quid non
dixit. in nomine patris mei veni foras. aut
resuscita eum pater. Sed hec omnia dimittens.
postquam orantis formam accepit. per rem aucto-
ritatem ostendit. Communiter et hec sue sapientie est. per illa
quidem condescensionem. per res vero ostendere
potestatem. Theoph. Alta vero salvatoris vox
que lazarum suscitavit: indicium est tube
magne sonature in communi resurrectione. Vel aut ideo cla-
mavit. ut gentilium ora refrenet. fabulan-
tium in tumulis esse animas defunctorum. Nam
q. foras manentem eam advocat per cla-
morem. Sicut autem universaliter resurrectionem in ictu oculo-
rum preveniet. Sic et hec resurrectio singularis. Et ideo
sequitur. Et statim prodiit qui mortuus fuerat.
ligatus manus institis. et facies eius suda-
rio erat ligata. Iam mancipatur effectu
quod dictum est. Venit hora cum audient defuncti
vocem filii dei et qui audierint vivent.
Orig. Nam vox elata et clamor non in con-
venientibus dicetur excitasse illum et sic imple-
tum est quod dixerat. Vado ut excitem eum.
Sed et pater qui filium orantem exaudivit. sus-
citavit lazarum. ut sic resurrectio lazari
commune opus sit filii orantis et patris exaudientis.
Sicut enim pater suscitat mortuos et vivifi-
cat. Sic et filius quos vult vivificat. Cri-
sosto. Exiit autem ligatus. ut non putaretur esse
phantasma. Sed et hoc quod exivit ligatus. non
minus videbatur esse quam resuscitare. Seq.

Dicit ei ihesus. Solvite eum. Ut videlicet tan-
gentes et ei appropinquantes videant quia ipse
est ille. Sequitur. Et sinite abire. Et hoc
propter humilitatem. Non enim ducit eum in-
venit secum ambulare ad suam demonstratio-
nem. Orig. Dixerat autem supra deus propter populum
qui circumstat dixi. ut credant quia tu
me misisti. nullorum autem eorum credentium
hec dixisset. Velud aliquis ipsum in securis fu-
turorum. Unde ad hec removendum subditur.
Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mari-
am et martham et viderant que fecit crede-
runt in eum. Sequitur. Quidam autem ex ipsis
abierunt. ad phariseos et dixerunt eis. que fecit ihesus.
Continet quidem ambiguum sermo presens.
Vel qui iverunt ad phariseos sunt ex illis
multis qui crediderant proponentes consilia-
rii christo postulantes se venientes ad eum. Vel alii
a credentibus irritare volentes in iudeum
phariseorum zelum in ipsum. Et videtur in
hec magis evangelistam exprimere velle. Multos
enim dixerunt quippe hoc quod viderunt. credidisse
velud paucis exeuntibus aliis de quibus
subditur. Quidam autem et cetera. Aug. Quamquam ·lxxxiii. q°.
autem secundum evangelicam hystoriam resusci-
tatum lazarum plena fide teneamus:
tamen in allegoria aliquid significare non dubito.
Neque cum res facta allegorizantur: leget
rei fidem amittunt. Aug. Omnes qui- sr ioh.
dem qui peccat moritur. sed deus magna
misericordia animas suscitat ne moriantur me-
tium. Intelligimus ergo tres mortuos quos
in corporibus suscitavit. aliquid significare
de resurrectionibus animarum. Greg. Puellam enim ·iiii· mor.
in domo. iuvenem extra portam. in sepul-
chro. autem lazarum suscitat. adhuc quippe
in domo mortuus iacet. qui iacet in peccato.
Iam quasi extra portam ducitur. cuius iniquitas
usque ad inverecundiam publice perpetratio-
nis operatur. Aug. Ut initus est mors. quia
cogitatum malum non diu perfecit in facto.
Si autem ipsum malum fecisti. quasi mortuum extu-